

Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965). In Z. 12 ist atque durch aut ersetzt.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Rückseitig sind von etwas späterer Hand des 15. Jhs. die Ablaßstage spezifiziert: Ab uno cardinali centum dies sancte Anne, Sixti pape, Emerami, Erasmi, Vrbani, dedicacionis ecclesie in altari sancte Anne.

<1451 März 19 / 23, München ?>

Nr. 1132

NvK erläßt Ausführungsbestimmungen zur Ablaßverkündung in München.<sup>1)</sup>

Kop. (gleichzeitig): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 18647 f.106<sup>ro</sup> (im Anschluß an Nr. 1005 und von derselben Hand).

N. cardinalis legatus.

In Monaco confessores habentes apostolicam auctoritatem constituimus duos plebanos sancti Petri et beate Marie et prepositum de Illmünster<sup>2)</sup>, ita quod illi tres possint ad se assumere, quotquot iudicaverint bonos et necessarios ultra eos, quos hic nominamus. Et nunc assumpti sunt 4<sup>or</sup> cooperatores dominorum et duo capellani etc.

Item volumus, quod doctor ille ordinis Minorum de Ratispona et lector ibidem sint similiter confessores.

Item similiter prior et lector Augustinensium.

Item volumus, quod illi non se intromittant in symonia quo ad beneficiatos symoniace, sed remittant illos ad dominum Petrum prepositum in Rore.

Item neque de mutilacione enormi in sacris existencium. Neque dispensent super contracta irregularitate, quia dispensacio non committitur eis, sed potestas absolvendi.

Item incendiariis ecclesiarum non impendant beneficium absolucionis nisi post dampnorum restitutionem; sed aliis ad restitutionem obligatis, si non fuerint solvendo, caucione recepta absolucionis beneficium impendant.

Item in arduis publicis peccatis ad penitentiam plenarie remissionis eciam addant publicam penitentiam.

N. cardinalis.

Item constituimus in Monaco collectores dominum Conradum prepositum in Illmünster et Iohannem Pelhaimer atque Petrum Rüdolffum et volumus, quod prestant promissionem ad manus domini Thome Pirckhaimer de fideliter agendo et ad mandatum meum peccunias illas distribuendo etc.

N. cardinalis legatus.

<sup>5</sup> nach etc. von anderer Hand ergänzt et eodem modo tunc ibi <sup>5</sup><sup>um</sup> ad beatam Virginem cooperatores (!) <sup>12</sup> committitur verbessert aus committatur oder umgekehrt <sup>23</sup> darunter von derselben Hand Hec manu propria reliquit ipse dominus legatus.

<sup>1)</sup> Die Frauenkirche hatte für die Woche von Laetare bis Judica (4.–11. April) dank päpstlicher Sondervergünstigung aber schon den Jubelablaß erhalten; die einschlägigen Bestimmungen in Latein und Deutsch (ohne Erwähnung des NvK): MICHAELBEUERN, Stiftsbibl., Hs. cart. 45 f. 217<sup>v</sup>–219<sup>r</sup>.

<sup>2)</sup> Konrad Syber. Vgl. auch unten Z. 19. Wie die dort folgend genannten Pelhaimer und Pirckhaimer herzoglicher Rat; Lieberich, Gelehrte Räte 158f. und 185; Pfister, Kollegiatstift Illmünster 95, 104–106, 143f. und 146; Meuthen, Nikolaus von Kues und die Wittelsbacher 105f. Dazu auch noch unten Nachträge Nr. 1132a.